

Pensum â Minerva &
sociis; ad Apolline
vero his præmium
solutum,
testabatur...

Tolpo, Simon Johannis,

Vardagstryck



National Library
of Sweden

PENSUM à MINERVA
& sociis;

Ab Apolline vero his præmium
solutum,

Testabatur dies ille sollemnis 14 Decembris,
ad finem seculi septimi decimi,

Quam Apollo Aboënsis

M. TORSTAN RUDEEN,

Viris Litteratissimis & in Philosophia
Magisterii Candidatis meritissimis,

DN. JOHANNI WICKELGREEN.

DN. ANDRÆ HASSELQUIST.

DN. MICHAELIS DEEL.

DN. JOHANNI SIDBECK.

In signa magistri distribueret, in æde Mu-
sarum Aboënsium Suprema



8
Vill. 68.
Vint
Ab
skat

80
Iupiter in cœsum Divos concivit Olympū,
Debira quo cunctis jussa sequēda daret:
et vos cura probet comissi muneris, inquit,
Turbaq; sit cordi cuique ministra Deo.
Ut Jovis hæc mentem sensit bene multa caterva,
Urque sonum memori condidit aure Dei:
Protinus ire parant certi sua solvere pensa,
Moxque suum quævis Diva capessit opus.
Hos ubi qua licuit fugtivo lumine lector,
Palladis ad comites sorte trahente feror;
Quumque præit fatur, Musæ Charitesque sequuntur
Et gens huic socias jungere jussa manus:
Illa ego nata Jovis magni de fonte cerebri,
Illa ego perpetuæ virginitatis honos,
Potco novos homines & fraudum libera corda,
In quibus est pietas in mea jussa sequax;
Usque tamen natos tantum servire reculo,
Parcius afflantur pectora serva DEO;
Me præeunte datur niti per inhospita Pindi,
Inque minus trita figere rupe pedem.
Quum nos dira fames urget, pelletur olivâ,
Ex helicone sitim sacra domabit aqua.
Vel modo cum Nymphis clariis hærebimus undis,
Murmure pelliecti lenæ cadentis aquæ,
Vel nos silva suos & amœnum gramen habeat,
Umbræque permulcens frigore molle caput.
Et



Et juvet interdum noctes junxisse diebus;
Luna favet nobis & favet alta quies.
Vel teneat noctis nimium ne somnus inertes,
Quemque suum e nobis evigilabit opus.
Inque Deos hostes, si sors ferat, arma movebo,
Tum mihi, tum famulas trade caterva manus.
Dura quidem sunt hæc, sed tales passa labores,
Flabit & inceptis lenior aura tuis.
Sit mihi vos faciles modo ducere posse sodales,
Non deerit Dominis unde triumphus eat.
Dixerat; & vocem patula bibit aure juventus,
Dum bibit, alternant spesque metusque fidem;
Utque sequi pugnat metuens, Ipe vincitur aurea,
Impetus est jollam fortiter ire viam.
Jamque Duci mos gestus erat simul hoste subacto,
Quum modo restabant danda tropha viris,
Vosque, ferunt, Divæ, si quod modo numen habetis,
Et tamen hæc vestro numine corda calent;
Jam vobis operam tempusque locavimus omne,
Quando erit ut meritis præmia digna cadant?
Illa nequit: sed Prætes opem rogitandus Apollo
Qui tremulo solers increpat ungue lyram;
Dumque vocatus adest cernens meruisse clientes,
Quos probat hic titulus sedulitatis, ait:
Serpe triumphalis circum nova tempora laurus,
Te par est, victrix palma, decere manum.

Et

Et quod amica quies toties fuit hisce carenda,
Herba, diu liceat corpida membra fove.
Piade dabis sedem, quam frondibus innuba laurus
Frigoris illecebrâ temperat hisce sacram;
Illaque texendum præbebit frontis honorem;
Suave comis oleum sed bene olere dabit.
Est aliquid seros fama tetigisse nepotes,
Hinc laus ut meruit quemque coronet honos.
Patria nec laudes meritas vel gesta tacebit,
Nec vestras noctes styx taciturna premer.
Qui modo cunque tuo despecte lacereris hosti,
Aut stes aut crimen fortiter ulte cadas.
Ut, tamen, humanis sint inuia secula rebus,
Vos ego postgenitis temporibusque sacro,

JOH. Tälpo. S. F.

